



16
177
9

OBSERVATIONVM NONNVLLARVM
DE
PATRVM GRAECORVM AVCTORITATE ET VSV
IN CONSTITVENDA VERSIONVM GRAECARVM
V. T. LECTIONE GENVINA

P A R S III.

Q V A A D

S A C R A P A S C H A L I A

A. M D C C X C V I I.

I N A C A D E M I A V I T E B E R G E N S I

R E L I G I O S E C E L E B R A N D A

P V B L I C O N O M I N E

I N V I T A T

I O H A N N E S F R I E D E R I C V S S C H L E V S N E R

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTOR, HVIVSQVE IN ACADEMIA VITE-
BERGENSI PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS, CONSISTORII ECCLESIASTICI
ASSESSOR, AEDI ARCIS ET ACADEMIAE PRAEPOSITVS, ORDINIS
THEOLOGORVM H. T. DECANVS.

V I T E B E R G A E

L I T E R I S C H R I S T I A N I P H I L I P P I M E L T Z E R I .



ORSEPTIOMUM KONVALLIUM

II

IN COENACULA VERBORUM QUAE

IN COENACULO VERBORUM QUAE

IN COENACULO VERBORUM QUAE

PARTE III

CVI

IN COENACULO VERBORUM QUAE

A M D C C X V I I

IN COENACULO VERBORUM QUAE

IN COENACULO VERBORUM QUAE

IN COENACULO VERBORUM QUAE

IN COENACULO VERBORUM QUAE

IN COENACULO VERBORUM QUAE

IN COENACULO VERBORUM QUAE

IN COENACULO VERBORUM QUAE

IN COENACULO VERBORUM QUAE

IN COENACULO VERBORUM QUAE

IN COENACULO VERBORUM QUAE

PA
V
lec
et
qu
fer
em
fia
co
m
gu
pu
m
be
pu
ei
us
g
ca



OBSERVATIONVM NONNVLLARVM

D E

PATRVM GRAECORVM AVCTORITATE ET VSV
IN CONSTITVENDA VERSIONVM GRAECARVM

V. T. LECTIONE GENVINA.

P A R S III.

Vsum Patrum Graecorum in constituenda Versionum graecarum V. T. lectione genuina, variis premi difficultatibus, ex iis, quae ante hos tres et quod excurrit menses, breuiter sunt a nobis disputata de negligentia, quam sibi Patres graeci in allegandis singulis S. S. locis haud raro indulserunt, satis perpexisse omnes speramus. Iusto enim idoneorum exemplorum numero docuisse hactenus videmur, Scriptores sacros Ecclesiae Christianae Graecae, quos Patrum Graecorum nomine appellare consueuimus, non solum inter legendum et scribendum oculis aut memoria deceptos ab originali librorum sacrorum scriptura, quorum singula loca adducenda erant, aberrasse, sed etiam negligentia abreptos ac pro lubitu haud raro textum codicum Graecorum V. T., quo utebantur, modo hac modo illa ratione immutasse. Certe merae eorum in describendo textu sacro V. T. negligentiae tribuenda est saepius in eorum scriptis obuia permutatio vocum ac formularum loquendi similium et vnius eiusdemque significationis, et quidem in illis S. S. locis, vbi omnes hucusque collati codices amice conspirare solent.*) Eadem quoque in allegandis S. S. locis licentia ablati, pro arbitrio vocum formas, numeros, casus, tempora ac modos, voces simplices cum compositis, compositas

A 2

cum

*) Exempla vide in Progr. II, p. 5 sequ.

cum simplicibus, compositarum item alias cum aliis, saepius commutasse reperiuntur, ac de ordine verborum parum solliciti, seriem orationis saepenumero ita inuenterunt, vt sponte appareat, eos textum graecum, qui ipsis ad manus erat, et quo vti debuissent, nec diligenter inspexisse, nec accurate describere voluisse. *) Iam via atque ratio disputationis, quam in persequendis ac notandis falsis lectionibus, Patrum Graecorum incuria ac negligentia, textui Versionum Graecarum V. T., quem in suis libris exhibuerunt, temere illatis, sequi visum est, postulat, vt, quod cum argumento superioris libelli arctissime cohaeret, nunc quoque ostendamus, Patres Graecos saepius eadem illa, quam sibi sumserunt Scriptores Sacri N. T., vfos esse in citandis Scripturis libertate, ac de singulis verbis parum sollicitos sensum liberius expressisse. Huius consuetudinis Patrum Graecorum in adducendis S. S. locis mentionem faciens anonymus auctor (*Natalis Argonensis*) libri doctissimi *de optima legendorum Ecclesiae Patrum methodo*, (qui prodiit *Augustae Taurinorum* 1742) Parte I. cap. X. haecce habet: „*Quam leuis momenti fit accusatio in Ecclesiae Patres conflata de falsa sacri textus prolatione, eiusque verborum mutatione vel vna inuicte persuadet veterum Scripturarum consuetudo, quibus familiare fuit ac receptissimum loca ex antiquioribus Auctoribus, vt eis in mentem venit, proferre, nulla verborum, sed sola sensus habita ratione. Ecce enim id non praestiterint Patres, quod in proferendis Scripturis facere consueuerunt Apostoli et Euangelistae? Vt enim ait Hieronymus in Iesiae Caput VII. in multis testimoniis, quae Euangelistae vel Apostoli de libris veteribus assumerunt, curiosus attendendum est, non eos verborum ordinem secutos esse, sed sensum. Scripturas aliquando Patres amplificant Paraphrasi, quandoque contrahunt, vt plurimum vero non viderent referunt, sed similibus verbis, quibus tamen illarum sensus patefiat, ac magnopere illustratur.*“ Nee effugit haec observatio Cl. Barzanum, qui in Epistola sua III. ad *Anfaldum* data eam hisce verbis proposuit: „*Neque res est admodum mira, Patres se non tam sollicitos de vocibus, quam de sensu praestitisse; cum ne ipsos quidem N. T. scriptores ab eodem more abhorruisse compertum habeamus,*“ et ad *D. Hieronymi* auctoritatem prouocauit, qui in Epistola ad *Algas* idem testatur scribens: „*Vbicumque de Veteri Instrumento Euangelistae ac*

*) Confer Programma laudatum p. 10 et 14 sequ.

„Apostoli testimonia protulerunt, diligentius obseruandum est, eos non
 „verba secutos esse, sed sensum.“ Idem tradit *Vindiciarum veritatis he-*
braicae Auctor Parte II. Cap. III., cuius verba laudauit C. 3. *Anfaldus*
 in saepius a nobis laudato libro *de authenticis Sacrarum Scripturarum apud*
SS. Patreslectionibus p. 139. vbi pluribus de hac re disputauit. Nec
 potest profecto hic modus allegandi S. S. loca apud Patres graecos rece-
 ptus ab vilo in dubium vocari, si vel vnum V. T. librum cum eorum
 scriptis ac commentariis leuiter contulerit. In quavis enim fere pagina
 reperiuntur fat multa exempla, quibus sole meridiano clarius doceri pot-
 est, Patres haud raro in laudandis S. S. locis de verbis parum sollicitos,
 sensum tantum sectatos esse. Qua in re nos non aliorum iudicia et ob-
 seruationes vnice secutos esse, sed multa ac diligenti Patrum Graecorum
 lectione in hac sententia magis confirmatos esse, vt et aliis appareat,
 non abs re erit, quaedam exempla e multis afferre, prout sunt a nobis
 data occasione literis consignata. — Psalm. XCV, 6. ἐξουλόγησις καὶ
 ἀραιότης ἐνάπιον αὐτῆ, ἀγιοσύνη καὶ μεγαλοπρεπεία ἐν τῷ ἀγιάσματι
 αὐτῆ. *Iustinus M.* Apol. I. p. 68. δόξα καὶ αἶνος κατὰ πρόσωπον αὐτῆ,
 ἰσχυς καὶ καύχημα ἐν τόπῳ ἀγιάσματος αὐτῆ. Idem ibidem verba
 Alexandrinorum v. 8 et 9 eiusdem Psalmi: ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ δόξαν
 ὀνόματι αὐτῆ, ἀρατε θυσίας, καὶ εἰσπορεύεσθε εἰς τὰς αὐλαὶς αὐτῆ,
 προσκυνήσατε τῷ κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἀγία αὐτῆ ita laudauit: λάβετε χάριν
 καὶ εἰσέλθετε κατὰ πρόσωπον αὐτῆ, καὶ προσκυνήσατε ἐν αὐλαῖς
 ἀγίαις αὐτῆ. — Iel. LXIV, 10 et 11. πόλις τῆ ἀγία σε ἐγενήθη
 ἔρημος, Σιών ὡς ἔρημος ἐγενήθη, Ἱερουσαλήμ εἰς κατάραν. Ὁ οἶκος τοῦ
 ἁγίου ἡμῶν. *Iustinus M.* l. l. pag. 70. ἐγενήθη ἔρημος Σιών, ὡς ἔρημος
 ἐγενήθη Ἱερουσαλήμ, εἰς κατάραν ὁ οἶκος τοῦ ἁγίου αὐτῆ. — Iel.
 LIII, 12. παρέδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτῆ. *Iustinus M.* l. l. p. 72.
 παρέδωκαν εἰς θάνατον τὴν ψυχὴν αὐτῆ. — Deut. XXXII, 23.
 Ὅτι πῦρ ἐκένκαυται ἐκ τῆ θυμῆ με, καυθήσεται ἕως αἵμα κάτω. *Iu-*
stinus M. l. l. p. 79. καταβήσεται ἀέζων πῦρ, καὶ καταφάγεται μέ-
 χρι τῆς ἀβύσσου κάτω. — Exod III, 5. λύσαι τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν
 ποδῶν σε. *Iustinus M.* l. l. p. 80. ὑπόλυσαι τὰ ὑπόδηματά σε, καὶ
 προσελθὼν ἀκούσον. — Ierem. VII, 21 et 22. Τὰ ὀλοκαυτώματα
 ὑμῶν συναγάγετε μετὰ τῶν θυσιῶν ὑμῶν, καὶ φάγετε κρέα. Ὅτι ἐκ
 ἐλάλησα πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν, καὶ ἐκ ἐνετελάμην αὐτοῖς ἐν ἡμέραι,
 ἢ ἀνήγαγον αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, περὶ ὀλοκαυτωμάτων καὶ θυσίας.
 Ita

Ita se habet textus Alexandrinae Versionis in editione Bossiana. Sed *Iustinus M.* in *Dial. cum Tryphone Iudaeo* p. 121. συναγάγετε τὰ κῆρα ὑμῶν, καὶ τὰς θυσίας, καὶ φάγετε. Ὅτι ἔστε περὶ θυσιῶν ἢ σπονδῶν ἐνετελάμην τοῖς πατέράσιν ὑμῶν, ἢ ἡμέραι ἐπελαβόμεν τῆς χειρὸς αὐτῶν, ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς αἰγύπτου. — Ezech. III, 17 Iesu. σπονδὴν δέδωκα σε τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ. — καὶ σὺ τὴν ψυχὴν σε βύθη. *Iustinus M.* ib. p. 180. ὅτι σπονδὴν τέθεικα σε τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ. εἰάν ἀμαρτη ὁ αἰμαρτωλός, καὶ μὴ ἀμαρτήσῃ αὐτῷ. αὐτὸς μὲν τῆ ἀμαρτία αὐτοῦ ἀπολείται, παρὰ σε δὲ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐζητήσω. Ἐμὲ δὲ ἀμαρτήσῃ αὐτῷ, ἀθάωτος ἔσθι. — Ion. IV, 10. ὑπὲρ ἧς ἐκ ἐκαιοπέδησας ἐπ' αὐτήν. *Iustinus M.* l. I. p. 202. ἔκ ἐκαιοπέδησας ἐν αὐτῷ. Et paulo post loco ἡ ἐγενήθη ὑπὸ νότα, καὶ ὑπὸ νότα ἀπώλετο, idem posuit ὅς ὑπὸ νότα αὐτῆ ἦλθε, καὶ ὑπὸ νότα αὐτῆ ἀπώλετο. — Mich. IV, 1. ἔτοιμον ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὄρεων, καὶ μετεωρισθήσεται ὑπερνω τῶν βουνῶν. καὶ σπεύσασι πρὸς αὐτὸ λαοί. *Iustinus M.* l. I. p. 202. ἔτοιμον ἐπ' ἀκρῆς τῶν ὄρεων, ἐπηρμένον αὐτὸ ὑπὲρ τὰς βουβῆς, καὶ ποταμὸν θήσονται ἐπ' αὐτῷ λαοί, καὶ πορεύσονται. Ultima verba, quibus vltus est h. l. *Iustinus M.* magis accedunt textui hebraico versione Alexandrina. Alexandrini enim ירדוּ legerunt loco ירהב. — Prou. XXIII, 13. ὅτι εἰάν πατάξῃς αὐτὸν θείβω, ἔ μὴ ἀποθάνῃ. *Clemens Alex. Paedag.* Lib. I. p. 124 habet: εὐθύνας δὲ αὐτὸν θείβω, ἔ γὰρ θανάται. — Prou. XXX, 3. Θεὸς δέδωκε με σοφίαν, καὶ γνώσιν ἁγίων ἔγνωκα. *Clemens Alex. Strom.* lib. V. p. 582. Θεὸς δὲ δίδωσι μοι σοφίαν, ἁγία δὲ ἐπίσταμαι. — Prou. I, 25. τοῖς δὲ ἐμοῖς ἐλέγχουσιν ἠπειθήσατε. *Eusebius* in *Commentario in Psalmos* p. 307. ταῖς δὲ ἐμοῖς ἐντολαῖς ἔ προσέχετε. — *Clemens Alex. in Admonitione ad gentes* p. 8. edit. *Sylburgii* non tam laudat, quam vltur verbis *Iesaiæ* LIV, 1. ad admonendos gentiles, vt amplectantur veram religionem, hoc modo: ἀνεσάτω ἡ ἔ τίντεσα, ρηζάτω Φωνὴ ἡ ἐκ ὠθίνεσα, ὅτι πλέονα τὰ τέκνα τῆς ἐρήμης μάλλον, ἢ τῆς ἐχέσης τὸν ἄνδρα. In sequentibus autem docet, mulierem sterilem in illo loco paganos indicare, Iudaeorum autem symbolum foecundam esse mulierem. Ab eodem autem locus *Iesaiæ* iisdem verbis, quibus vsi sunt Alexandrini, laudatur p. 372. — Ief. X, 22. loco verborum εἰάν γένηται ὁ λαὸς Ἰσραὴλ, habet *Eusebius* in *Commentario* suo ad h. l. εἰάν ἢ ὁ ἀειθρὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ. Eodem modo haec verba bis laudavit *Theodoreus* in *Operibus* suis, se-

mel

mel tantum, commentario hunc locum illustraturus, consentit cum nostris editionibus. — Daniel VIII, 22. καὶ τὸ συντελεῖντος καὶ ἀναβάντα ὄπισθ' αὐτῆ τέσσαρα κέρατα. *Theodoretus et Chrysostomus*, consentiente Codice *Chifiano*, habent: καὶ ὅτι συντελεῖσθαι, καὶ ἔτη (*Chrysostomus ἀνεῖν*) τέσσαρα κέρατα ὑποκάτωθεν αὐτῆ. Ad eandem locorum classem referenda quoque sunt loca Pfalm. I, 3. coll. *Theodoro Opp.* T. I, p. 612. et T. III, p. 1137. ed. Halensis, ac Jerem. XXXI, 32. coll. *Athanasio Alex.* in *Sermone de patientia* Tom. II. *Novae Collectionis Patrum Graecorum* edit. *Montfauconii* p. 61.

Sed quemadmodum e locis atque exemplis haftenus congestis luculenter apparet, Patres Graecos licentia, quam sibi in allegandis S. S. locis, permutatione nempe vocum et formularum loquendi similium et vnius eiusdemque significationis, commutandis vocum singularum formis, numeris, casibus, temporibus, modis et generibus, invertendo verborum ordine et liberius sensum exprimendo, ubi verba ipsa spectanda erant, haud raro sumisisse repertiuntur, parum vel plane non consultasse lectorum SS. utilitati, ac praeterea allegationes locorum SS. admodum incertas ac ambiguas haud raro reddidisse, ita *consuetudo Patrum Graecorum in adducendis singulis S. S. locis interpretum partes agendi*, *) *vores faciliores intellectu ac saepius obuias substituendi difficilioribus ac rarioribus, ac interpretationes suas et glossemata ipsi Versionis Alexandrinae ac reliquarum Versionum graecarum V. T. textui inserendi*, ad quam iam, ut ordine suo procedat disputatio nostra, pergendum est, intellegentiae atque explanationis verborum variorum notionumque eorum reconditorum adiumenta ac firmamenta interpretibus SS. praestare valet. Certe e talibus Patrum Graecorum locis eadem in litterarum sacrarum cultores utilitas redundet necesse est, quam habere lectiones codicum N. T. a *Millio, Bengelio, Wettsteinio, Griesbachio*, et aliis e codicibus diuersarum aetatum congestas quidem, sed mera glossemata et interpretamenta verborum scriptorum diuinorum exhibentes, plurius docuerunt *Cl. Fischerus* Prol. XXIV et sequ. *de Vitiis Lexicorum N. T.* et *S. V. Tittmannus* in elegantissimo libello *de Glossis N. T. aestimandis et iudicandis*, qui Viteb. 1782 4. prodit. Quanquam enim tales lectio-

nes

*) Confer *Croji* Observationes in N. T. cap. XXII, p. 175 sequ.

nes variarum lectionum nomine dignae minime iudicari possunt, adeoque ad amplificandos criseos sacrae fontes adhiberi nullo modo valent, nihilominus tamen intelligentiae orationis scriptorum sacrorum adiumenta continent, ac interpretationi eorum iustae variis modis inferunt. Cui iudicio nostro ut fidem faciamus, age, proponemus pro instituti nostri ratione exempla nonnulla horum glossematum in Patrum Graecorum scriptis haud raro obuiorum, sperantes, nos ita effecturos esse, ut Interpretes et Lexicographi futuri Versionum graecarum V. T. egregio illo interpretationis adiumento bene uti discant. Psalm. XCV, 7. loco ἐπέγκατε — — δόξαν καὶ τιμὴν, *Iustinus M.* in Apol. I. p. 68 habet δότε — δόξαν καὶ τιμὴν. Φέρω hebraico יָדָה respondet Gen. XLIII, 24. — — Ibidem v. 9. Alexandrini habent σαλευθήτω ἀπὸ προσώπου αὐτῆ πᾶσα ἡ γῆ: sed *Iustinus M.* l. l. rectius quoad sensum, posuit: φοβηθήτω ἀπὸ προσώπου αὐτῆ πᾶσα ἡ γῆ. Permutatur enim in illo loco σαλέυσθαι cum voce προσκυνεῖν, adeoque de cultu ac reuerentia Dei explicandum est. — — Psalm. CIX, 2. ἐν Σιών. *Iustinus M.* Apol. I. p. 69 reposuit verba ἐξ ἱερουσαλήμ, quibus etiam in sequentibus, vberiolem huius loci explicationem addens, usus est. Satis autem constat etiam in N. T. libris per metonymiam subiecti Σιών pro ipsa urbe Hierosolyma, cuius pars superior in monte Sion exstructa erat, interdum poni, v. c. Matth. XXI, 5. et Ioh. XII, 5. — — Ies. I, 7. τὴν χάραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριον κατεσθίσει αὐτήν. *Iustinus M.* l. l. pag. 71. οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν loco ἀλλότριον scripsit. *Suidas:* ἀλλότριος. πολέμιος. *Hejychius:* ἀλλότριος, πολέμιος. Hinc ἀλλότριος, quia haud raro *heslem* (Sirac. XI, 35) notat, hebraico חָסֵד respondet Psalm. LIII, 3. CVIII, 10. — Iesaiæ V, 20. οἱ τιθέντες τὸ γλυκὺ πικρὸν. *Iustinus M.* Apol. I. p. 72 habet καὶ τοῖς λέγουσι τὸ γλυκὺ πικρὸν. Quoad sensum non male. Τιθέναι enim in hac orationis serie vix quidquam aliud significare potest, quam *asserere, contendere, affirmare*, adeoque est idem, quod λέγειν, qua ipsa voce propheta initio huius commatis usus fuerat. Eodem sensu τίθημι occurrit apud Alexandrinos, Iob. XXXII, 3. καὶ ἔθεντο αὐτὸν εἶναι ἀσεβῆ, vbi in textu hebr. legitur יָשַׁע אֱלֹהִים וְיָשַׁע יִשְׂרָאֵל et condemnauerunt Iobum. — — Ies. LIII, 12. καὶ διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῆ παρεδόθη. *Iustinus M.* l. l. καὶ τοῖς ἀνόμοις ἐξιλάσεται. Verba, quibus usus est h. l. *Iustinus M.* verbis hebraicis יַפְעֵם וְיַפְעֵם (et pro praeuaricatoribus interceder) versione Alexandrina propius accedunt, vt

vt dubium adhuc videri possit, an vere sensum loci huius, permutatione hac formularum loquendi similium, faciliorem reddere voluerit, aut potius alius interpretis versionem sequutus fuerit. Nullo tamen modo negari potest, verba *Iustini M.* continere veram interpretationem formulae loquendi, qua Alexandrini, consentientibus omnibus eorum codicibus hucusque collatis, vsi sunt. — Iesaiæ LII, 14. καὶ ἡ δόξα σε ἀπὸ υἰῶν ἀνθρώπων. *Iustinus M.* l. 1. καὶ ἡ δόξα σε ἀπὸ ἀνθρώπων. Recte quoad sensum; nam υἰοὶ ἀνθρώπων sunt ἄνθρωποι ex vsu loquendi Scripturae Sacrae omnibus satis noto. Fortasse vero ipse *Iustinus M.* inter legendum oculis et visu aberravit, confusis adfinibus vocum τῶν et υἰῶν in codicibus manuscriptis figuris. Quicquid sit, tamen hoc admodum verosimile est, ex *Iustini M.* scriptis codicem Alexandrinum h. l. interpolatum esse. Verba enim hebraica inspicienti Alexandrinos vere υἰῶν ἀνθρώπων scripsisse, dubium vix esse potest. Caeterum eadem lectionis varietas in eadem *Iustini M.* pagina reperitur, vbi loco τὴς υἰῶν τῶν ἀνθρώπων Ies. LIII, 3. τὴς ἀνθρώπων textus *Iustini M.* impressus exhibet. — Psalm. XXIII, 7. καὶ ἐπέμνητε πύλας αἰώνιοι. *Iustinus M.* in Apol. I. p. 73. καὶ ἀνοίχθητε πύλας αἰώνιοι posuit, vel, quia totum locum, e quo haec verba sunt desumpta, de coelo et habitu Christi in coelum intellegendum esse arbitrabatur, vel, quia hac vocabulorum permutatione orationi Psalmistae lucem affundere credebatur. Fortasse utraque sententia h. l. conciliari ac coniungi potest. Eandem ob causam idem *Iustinus M.* ibidem et in *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 181 καὶ, quod ante εἰσελεύσεται apud Alexandrinos in eodem Psalmi loco legitur, in ἵνα mutavit, vt indicaret, καὶ h. l. vt significare, ac pro ἵνα positum esse, cuius significationis exempla sat multa a nobis proposita sunt in *Novo Lexico Graeco Latino N. T. T. I.* pag. 1000. n. 13. — Ezech. XX, 20. τὴ γινώσκων, διότι: ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν. *Iustinus M.* in *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 120: τὴ γινώσκων. ὅτι: ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν. Διότι: h. l. pro ὅτι positum esse, clare docet, praeter omnem orationis seriem, textus hebraicus, in quo יד legitur. Eadem lectionis varietas reperitur quoque apud *Iustinum M.* l. 1. p. 203 in loco *Michae IV*, 4. (vbi διότι: vel per quoniam, vel per nam, seu etenim, Act. XVIII, 6, vertendum est) et p. 208 in loco *Zachariae II*, 10. In priori loco etiam editio Complutensis ὅτι: habet. — Ezech. XX, 21. καὶ τὰ σάββατα με ἐβεβήλην. *Iustinus M.* in *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 120. ἀλλὰ τὰ σάββατα με ἐβεβήλην. Καὶ etiam in N. T.

B

libris

libris haud raro est particula aduersatiua, et *sed*, immo, seu *sed potius*, notat, vt multis exemplis, si opus esset, facile demonstrari posset. — Amos V, 19. ὄν τρόπον, ἐὰν Φύγη ἄνθρωπος ἐκ προσώπου τῆς λέοντος. Sed *Iustinus M.* l. l. p. 121. ὄν τρόπον, ὅταν ἐκ Φύγη ἄνθρωπος ἐκ προσώπου τῆς λέοντος. Duplicem explicationem de suo addidit h. l. *Iustinus Martyr* non contemnendam. Apud *Alexandrinos* enim ἐὼν particulam temporis esse, et quando significare, adeoque parallelum cum ὅταν esse, omnis orationis series sat clare docet. Conferri etiam possunt loca excitata a nobis in *Nouo Lexico Gr. Lat.* T. I, p. 593. Φεύγειν autem h. l. non tam fugere, quam effugere, euadere (confer Alex. Job. XXX, 3. Abd. 14) ἐκφεύγειν significare, aequè clare docent verba, quae in versione Alexandrina statim sequuntur: καὶ ἐμπέσῃ αὐτῶ ὁ ἄερος. Quod autem in vtraque lectione *Iustinus M.* iterum secum consentientem habet *Codicem Alexandrinum*, confirmat coniecturam supra iam a nobis propositam, esse *Codicem Alexandrinum* in nonnullis locis e *Iustino M.* interpolatum. — Amos VI, 2. καὶ διέλθατε ἐκείθεν εἰς Ἐματρεὰ β-βρ. *Iustinus M.* in *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 121. καὶ πορεύθητε ἐκεῖθεν κ. τ. λ. In textu hebraico legitur: וְיִסְכַּח וְיִכְרֹךְ, et ite inde, e quo satis apparet, *Alexandrinos* voci διέρχεσθαι proficiscendi notionem subieciisse, quae etiam in nonnullis N. T. locis, v. c. Luc. XVII, 11. Act. XVIII, 27, locum habet. — Malach. I, 11. διότι μέγα τὸ ὄνομα μὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν. *Iustinus M.* in *Dial. cum Tryph. Iud.* pag. 126. (Infra autem p. 137 receptam lectionem tuetur) διότι τιμᾶται τὸ ὄνομα μὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Adiectiuum μέγας haud raro, inprimis si de diis (confer *Elmerum* ad Act. XIX, 27. pag. 460) vsurpatur, venerandum, augustum significat, v. c. Psalm. XLVII, 2. μέγας κύριος καὶ ἀνετός σφόδρα. Psalm. LXXVI, 13. τίς Θεὸς μέγας, ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν? Remittimus lectores ad *Novum nostrum Lexicon Gr. Lat. N. T.* Tom. II, p. 84. vt apparet, *Iustinum M.* verba μέγας ἔστιν rectè verbo τιμᾶται interpretari potuisse. — Genes. XLIX, 12. καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτῆς ἢ γάλα. *Iustinus M.* in *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 148. καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτῆς ὡς γάλα. Hic a vero aberrasse nobis videtur *Iustinus M.*, qui in opinione versatus est, ἢ esse h. l. meram comparandi particulam. Respondet enim praefixo ἢ praes, adeoque pro μάλλον ἢ, seu ὑπερ positum est. — Genes. XVIII, 33. ἀπέστρεψεν εἰς τὸν τόπον αὐτῆς. *Iustinus M.* in *Dial. cum Tryph. Iud.* p. 153 verba ἀπῆλθεν εἰς τὸν τόπον αὐτῆς substituit, vt ostenderet, post ἀπέστρεψεν esse εαυτὸν omisissum,

vt

vt 1 Macc. V, 28, adeoque ἀποστρέφειν, reuertendi ac redeundi notionem habere, ac bene respondere voci נשׁו in textu hebraico. Vnde etiam MS. Oxon. ἐπέστρεψεν e glossemate habet. — Genes. XIX, 20 ε̄ μικρὰ ἔστι; *Iustinus M.* in *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 153. haud ignorans interrogationem negantem affirmandi vim habere, posuit ὡς μικρὰ ἔστι, vbi ὡς est ∩ veritatis, vt dicitur a Grammaticis. — Genes. XXXII, 30 καὶ ἐσώθη με ἡ ψυχὴ. *Iustinus M.* *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 155 καὶ ἐχάρη με ἡ ψυχὴ, quae est mera nec plane incommoda interpretatio, quanquam auctor versionis Alexandrinae textum hebraicum pressius sequutus est. — Ioes. II, 28. καὶ ἐνχεῶ ἀπὸ τῆ πνεύματος με. Ἀπὸ haud raro pleonastice ponitur, et fere omnibus casibus exprimendis inferuit, quemadmodum etiam h. l. est mera nota accusatiui, quam propheta verbis וְיָרִיב־לְנֶפֶשׁ expressit. Qua in re ne quis lectorum suorum erraret, *Iustinus M.* in *Dialogo c. Tryph. Iud.* p. 185, loco verborum supra laudatorum, haec reposuit: καὶ ἐνχεῶ τὸ πνεῦμα με. — Ion. IV, 10 ὑπὲρ τῆς κολοκύνθης. *Iustinus M.* in *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 202 περὶ τῆ σικυῶνος scribens iterum interpretis partes egit, suamque de voce וְיָרִיב sententiam exposuit. — Prou. VIII, 28 πηγὰς τῶν ὕψι ἐραίνον. *Iustinus M.* in *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 158 πηγὰς τῆ ἀβύσσου. Confer *Grabii Prolegomena* P. IV. Cap. III. §. 10. — Michae IV, 5. ὅτι πάντες οἱ λαοὶ πορεύονται ἕκαστος τὴν ὁδὸν αὐτῆ. *Iustinus M.* in *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 203 ὅτι πάντες οἱ λαοὶ πορεύονται ἐν ὀνόματι Θεῶν αὐτῶν; quae verba continent meram interpretationem Iustini, cuius veritatem comprobant verba sequentia Alexandrinorum: ἡμεῖς δὲ πορευόμεθα ἐν ὀνόματι κυρίου Θεοῦ ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα. — Michae IV, 2. καὶ δείξουσιν ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτῆ. *Iustinus M.* in *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 202. καὶ φωτίσων ἡμᾶς. Illuminandi vocabulo, illo tempore satis noto ac vere proprio de institutione in vera religione, vsus est h. l. *Iustinus M.*, vt sensum formulae loquendi ab Alexandrinis adhibitae, ostendere alicui viam Dei, mere hebraicae explanaret. — Michae IV, 6 et 7. τὴν συντρεμμμένην. *Iustinus M.* in *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 203. τὴν ἐκτεθλεμμένην. Ibidem pro ἐσδέξομαι, habet ἀδεύσω, et loco εἰς ἀποσάμην posuit ἢν ἐκάκωσα. Quod ad posteriores has lectiones attinet, iterum dubii ac ancipites haeremus, vtrum explicationes suas textui graeco versionis Alexandrinae inferuerit, an alius interpretis versionem sequutus fuerit *Iustinus*. Verba enim ἀδεύσω, et ἢν ἐκάκωσα plane respondent textui hebraico, in quo par-

tim מִצְבָּרָה, congregabo, partim וְתַרְגְּמֵי רַשָׁאִי, et quam affeci malo, legitur, a quo discesserunt Alexandrini Interpretes. Verba autem τὴν ἐκτεθειμένην glossema redolent. — — Zach. II, 11. καὶ καταθέξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. *Iustinus M.* in *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 208. καὶ προστεθήσονται ἔθνη πολλὰ πρὸς τὸν κύριον ε. τ. η. ε. In textu hebraico legitur וְנִלְוּ בְּיָמַי רַשָׁאִים, et adhaerebunt seu adiungent se gentes multae etc. Verbum לְוָי (לווי) implexus, implicatus, intexus ac intortus est. Conf. *Schullens.* ad *Prou. I, 9*), quod de quavis arcta coniunctione vel physice vel metaphorice sumta adhibetur, non potest non h. l. de iis accipi, qui adiunguntur verorum cultorum Dei coctui. De iisdem aequae commode adhiberi quoque poterat partim formula *confugere ad Deum*, qua Alexandrini vsi sunt (*nam spem ac fiduciam in Deo ponere ac verum Dei cultorem esse*, sunt formulae loquendi vnus eiusdemque significationis in literis sacris, vt neminem fugere potest), partim formula προστίθεσθαι πρὸς τὸν κύριον, qua *Iustinus M.* ad imitationem formulae in N. T. obuiaae προστίθεσθαι τῷ κυρίῳ (*Aët. V, 14. XI, 24*) vsus esse videtur. — — *Deut. XXXII, 43.* καὶ ἐπισχυτάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ θεῶ. *Iustinus M.* in *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 222. καὶ ἐπισχυτάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεῶ. Confirmant hanc interpretationem, quae etiam a librario *Codici Alexandrino* illata reperitur, verba antecedentia. Eandem ob causam *Iustinus M.* in *Dial. c. Tryph. Iud.* pag. 281 verba *Genes. XXXII, 24* ita laudauit: καὶ ἐπέλαλεν ἄγγελος μετ' αὐτῶ, vt etiam habet antiquissimus *Codex Cottonianus*. Sed in reliquis codicibus manuscriptis *Versionis Alexandrinae, Clemente Alex. (Paedag. Lib. I, cap. 2. p. 110) Eusebio (Demonstr. Euang. Lib. V, cap. 11. p. 236)* aliisque Patrum scriptis legitur ἀνθρώπος, loco ἄγγελος, conuenienter textui hebraico. — — *Prou. VIII, 28.* καὶ ὡς ἀσφαλῆς ἐτίθει πηγάς τ. υ. ε. *Iustinus M.* *Dial. c. Tryph. Iud.* pag. 159 loco ἐτίθει posuit ἐπίοις, qua voce, textui hebraico magis conueniente, etiam Alexandrini in antecedentibus vsi sunt. Sed satis multa exempla e *Iustini M.* scriptis hucusque protulimus. Non possumus vero hac opportunitate data plane silentio praeterire, existare locum, vbi se interdum interpretationes suas textui graeco Alexandrinorum immiscuisse, ipse *Iustinus M.* ingenue fassus est. Reperitur autem hic locus in *Dialogo c. Tryph. Iud.* p. 223, vbi loco ἐσησεν ὄρεα ἔθνων κατὰ ἀρχαῖον ἄγγελων θεῶ, vt in omnibus hucusque collatis codicibus manuscriptis *Versionis Alexandrinae* legitur, *Iustinus M.* locum,

cum,

cum, qui Deuter. XXXII, 8 reperitur, laudans, haec verba posuit: *ἐτίθει ὄρη ἐθῶν κατὰ ἀριθμὸς υἱὸν ἰσραήλ*. Monet quidem, Alexandrinos ἀγγέλων θεῶν scripsisse, statim vero addit: *ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ἐκ τῆς πόλιος ἐδὲν μοι ἐλαττώται ὁ λόγος, τὴν ἡμετέραν ἐξήγησιν εἶπον*. — Sed, ut appareat, non solum *Infinum M.* in adducendis S. S. locis, hanc, de qua haecenus expositum est, sequutum esse rationem, iam etiam aliorum Scriptorum sacrorum Ecclesiae Graecae loca proferre nobis liceat. Prou. XXXI, 30 in Versione Alexandrina legitur quidem *γυνὴ γὰρ συνετὴ ἐυλογεῖται*, sed *Clemens Alex. Paedagog.* Lib. III. p. 250 posuit: *γυνὴ γὰρ ἐυσεβὴς ἐυλογεῖται*, partim, quia in illo loco virtutes mulieris pie ac honestae praedicat ac commendat, partim, quia fugere eum nullo modo poterat, vocabulo *συνετὸς* (quemadmodum omnibus vocabulis, quae *prudentiam* ac *sapientiam* proprie notant, maxime in Prouerborum libris) subici haud raro ex vsu loquendi Alexandrinorum *probitatis* ac *pietatis* notionem. Certe h. l. mulier, quae ab auctore huius loci in textu hebraico vocata erat *חַיִּית־תְּנַחֲנִי*, ab Alexandrinis *γυνὴ συνετὴ* appellatur, vnde *Aquila* recte transtulit: *φοβεμένη κύριον*. — Prou. XXVII, 25. *καὶ συναγε χόρτον ὄρεόν*. *Clemens Alex. Strom.* I. pag. 317. *καὶ συναγε χόρτον ὄριμον*. Gramen enim, quod colligitur, maturum esse debet, ac, si in montibus et locis excelsis expanditur, facilius tempestuum redidit. — Prou. XXIII, 29. In omnibus codicibus manuscriptis versionis Alexandrinae legitur: *τίνι δὲ ἀηδεῖα καὶ λέσχα*, sed *Clemens Alex. Paedagog.* Lib. II. p. 155 per Hendiadyon hanc formulam loquendi explicandam esse existimans, habet *τίνι ἀηδεῖς λέσχα*. — Prou. XXIII, 14. *σὺ μὲν γὰρ πατάξεις αὐτὸν ἑσβόθῳ*. *Clemens Alex. Paedagog.* Lib. I. p. 124 *σὺ μὲν ἑσβόθῳ πατάξον τὸν υἱόν*. Τὸν υἱόν substituit, quia, si αὐτὸν posuisset, quod legitur in Versione Alexandrina, non statim primum obtutu apparuisset, de quo sermo esset, quod tamen in Prouerborum libris ex omni orationis serie luculenter cognoscitur. Praeterea futuri loco, imperatio vsus est, partim, ut indicaret, futurum pro imperatio loco Salomonis laudato positum esse, partim vero, ut eo grauius his Salomonis verbis seueritatem in educatione puerorum suis commendaret, quam ob causam etiam in sequentibus loco *ἐύση* posuit *ἐύσαι*. — Prou. V, 3. vbi sermo est de cauendo cum scortis et profibulis commercio, mulier impudica his verbis describitur: *μέλι γὰρ ἀποζάξῃς ἀπὸ*

ἀπό χειλέων γυναικῶς πόρνης, ἢ πρὸς καιρὸν λιπαίνει τὸν Φάρονγγα. Sed *Clemens Alex. Paedag.* III. p. 250 loco πρὸς καιρὸν habet πρὸς χάριν λαλεῖσα, vt suavitate sermonis capiat iuvenes; quae est mera interpretatio verborum πρὸς καιρὸν, quae ipse *Lib. I. Stromat.* p. 283 retinuit. Obiter autem hic monemus, Alexandrinos sequutos esse h. l. lectiones a textu nostro hebraico plane diuersas. Nempe קָרַח pro קָרַח, et קָרַח loco קָרַח legerunt. — *Prou.* VI, 22. ἀποθήσει τις πῦρ ἐν κόλπῳ. Κόλπος h. l. vt hebraicum קָרַח, per metonymiam, partem anteriorem vestis laxioris notat, quae sinum vel gremium tegebat, et rebus excipiendis et portandis apta erat. Hinc *Theophilus ad Autolyicum Lib. III.* p. 388 verba Alexandrinorum ἐν κόλπῳ in ἐν μαστίῳ mutauit. — *Prou.* XXIV, 21. φοβεῖ τὸν θεόν -- καὶ βασιλέα. *Theophilus ad Autolyicum Lib. I.* p. 345. τίμα τὸν θεόν -- καὶ βασιλέα. Non male. Est enim φοβεῖσθαι h. l., quia de reuerentia erga Deum ac reges adhibetur, idem, quod τιμᾶν, ac notat, officia debita alicui praestare. Idem paulo post verba Alexandrinorum paululum obscura, μηδ' ἐτέρῳ αὐτῶν ἀπειθήσης, permutauit cum facilioribus intellectū, καὶ μηδὲν αὐτῶν ἀπειθήσῃς. *Ibidem* v. 22. loco τὸς ἀσεβεῖς idem *Theophilus* l. l. posuit τὸς ἐχθρὸς αὐτῶν, vt ad Deum aequae ac ad regem commode referri posset. — *Prou.* III, 13. μακάριος -- θνητός, ὃς εἶδε φρόνησιν. *Clemens Alex. Paedag.* I. p. 129. μακάριος -- θνητός, ὃς εἶρε φρόνησιν. Videtur haec lectio, quae omnium codicum manuscriptorum auctoritate desinitur, merum glossema esse, quod ex antecedentibus textui inseruit *Clemens Alex.*, qui *Paedag.* *Lib. II.* pag. 212. et *Strom.* *Lib. I.* p. 353 αἶδε posuit loco εἶρε. — *Prou.* V, 11. καὶ μεταμελήσει σοι ἐπὶ γήρας. Haud inepta profecto explicatio. — *Prou.* VI, 2. ἀλίσκεται χεῖλεσιν ἰδὲ στόματος. *Clemens Alex. Strom.* II. p. 391. ἀλίσκεται γήμασιν u. s. Confer, quae de hac vocis χεῖλος notione a nobis notata sunt in *Novo Lexico Graeco-latino N. T.* T. II. p. 1219. n. 2. — *Iudic.* II, 1. κύριος ἀνεβίβασε ὑμᾶς ἐξ αἰγύπτου. *Theodoretus* *Quaest. VII.* κύριος ἀνήγαγεν ὑμᾶς ἐξ αἰγύπτου. Ergo omnis violentiae notio remouenda erit h. l. a voce ἀναβιβάξαι, quae verbo ἀνάγειν recte explicatur. — *Thren.* I, 10. πάντα τὰ ἐπιθυμήματα. *Theodoretus* in *Commentario* ad h. l. τὰ ἐπιθυμητά. Recte quoque sensum: nam in sequentibus etiam τὸ ἀγίασμα ad τὰ ἐπιθυμητά

μοιτα
tionem
nostri
phos p
dendum
rice su
tiae st
drini
Thren
σομοι
ita im
ἀναλα
doretu
nem e
βωμεν
τα ἐν
ἐνεκεν
Codex
dato e
σας v
Quis l
dubiu
nastus
faucor
scripsi
Origē
conie
κρίσει
Hanc
lare o
in Co
pore
ταλα
εἶας
fed d

μοσται refertur. Quod autem attinet ad hanc vocis τὸ ἐπιθύμημα notionem, ut sit idem, quod ἐπιθυμητόν, remittimus lectores ad *Spicilegium* nostri *Lexici in Interpretes graecos V. T. maxime Scriptores Apocryphos post Bielium*, P. I. p. 50. ac monemus tantum, locis ibi laudatis addendum esse locum insignem *Sirac. I. 21.* vbi τὸ ἐπιθύμημα, metaphoricè sumtum, notat bona illa praestantissima, quae verae sapientiae studium sequi solent. — Thren. IV, 15. ἡβη—ἡν. Alexandrini μὴ ἀπτεσθε. Sed *Theodoretus* l. l. μὴ ἐγγίσητε αὐτοῖς. — Thren. I, 14. Alexandrini: ὅτι ἔδωκε κύριος ἐν χερσὶ με ὀδύνας, ἔδυνήσμαι σῆναι. Ultima verba *Theodoretus* l. l. sensus explanandi causa ita immutavit: αἶς ἔ μὴ δύνωμαι ὑποσῆναι. — Thren. III, 41. ἀναλάβωμεν καρδίας ἡμῶν ἐπὶ χερσῶν πρὸς ὑψηλὸν ἐν ἔρανῶ. *Theodoretus* l. l. pauca verba versionis Alexandrinae retinuit, potius imaginem exornare et amplificare conatus est, substituta hac versione: ἀναλάβωμεν καρδίας ἡμῶν, καὶ ἐμβλέψωμεν πρὸς τὸν ὑψηλὸν τὸν κατοικῶντα ἐν ἔρανῶ. — Thren. III, 44. ἐπεσκέπασας νεφέλην σεαυτῶ ἔνεκεν προσευχῆς καμῦσαι με κ. τ. λ. Sed *Theodoretus* l. l. et ex eo *Codex Norimbergensis* (qui etiam in loco Thren. IV, 15 supra iam laudato ex *Theodoro* interpolatus esse videtur) haec habent: ἐπεσκέπασας νεφέλην ἐσερεωμένην σεαυτῶ τῆ μὴ διελθεῖν πρὸς σε προσευχὴν με. Quis hic liberiozem, sed elegantem versionem, a *Theodoro* factam, in dubium vocare potest? — Michae V, 2. καὶ ἔξοδοι αὐτῆ. *Athanasius Alex. Serm. de Fide* (in *Nova Collectione PP. Graec. ed. Montfaucon Tom. II. pag. 17.*) ut leui mutatione sensum faciliorem redderet, scripsit: καὶ ἡ ἀρχὴ αὐτῆ. — Dan. VIII, 9. πρὸς τὴν δύναμιν. *Origenes in Commentario in Genesim* p. 6. edit. *Huetii* καὶ τὴν δύναμιν, coniectura haud infelici ductus, posuit. — *Cohemoth XII, 14.* ἐν κελσεῖ. *Eusebius in Commentario in Psalmos* pag. 11. εἰς κελσιν posuit. Haec enim, non vero illam lectionem verbum praecedens ἀγειν postulare ei videbatur. — *Jerem. XXXII, 15.* ἀποσέλλω. *Eusebius in Commentario in Psalmos* p. 43 opinatus esse h. l. de futuro tempore cogitandum, ἀποσέλλω reposuit. — *Psal. XI, 5.* ἀπὸ τῆς ταραχῶσεως. *Eusebius in Commentario ad h. l.* ἔνεκεν τῆς ταραχῶσεως substituit, alterum vero ἀπὸ ante vocem συναγμῆ plane omisit. — *Iob. XXI, 7.* διὰ τί ἀσεβῆς ζωσὶ; Vitam hanc non proprie, sed de feliciore rerum statu intellegendam esse, de hoc *Eusebius in Commentario*

mentario in *Psalms* pag. 261 lectores suos admonere voluit substituta voce ἐὸνθεσι. Idem iudicium quoque ferendum erit de voce ἐὸνθεσι-*veray*, qua *Eusebius* loco laudato pro προσηύχεται (Iob. XXI, 11) usus est. — Coheleth V, 3. καὶ ὁσ. *Eusebius* l. l. p. 314 ἐάν. — Iam his, quae sunt a nobis haecenus proposita, exemplis satis demonstratum ac euictum esse arbitramur, quod posuimus, Patres graecos haud raro interpretum, non vero diligentium librariorum, partes agentes, verba facilliora ac saepius obuia loco difficiliorum et rariorum posuisse, et interpretationes suas ac glossemata ipsi versionum graecarum V. T. textui inseruisse. E talibus vero Patrum locis, aut male intellectis, aut non satis accurate diiudicatis, librariorum pariter ac editorum incuria, in codices manuscriptos ac editiones criticas versionum graecarum V. T. multa glossemata variarum lectionum aut aliorum interpretum versionum nomine irrepsisse, alio iam tempore *) idoneis exemplis euincere conati sumus.

Sed iam progrediendum est ad id, cuius causa haec, ex more et instituto maiorum, praefati sumus. Indicendi enim a nobis sunt memoriae reditus Christi in vitam sacri dies. Ex animo itaque *Vos*, Commilitones doctissimi, hortamur, velitis non solum hos festos dies religiosa pietate et ita agere ac celebrare, vt saluberrimos mortis ac resurrectionis Christi fructus cogitetis et perpendatis, sed etiam, vt ad *Vos* bonorum per Christum, qui post reditum in vitam ad summam dignitatem ac felicitatem euectus est, omnibus veris suis sectatoribus partorum, in praesenti pariter ac futura vita participes fieri possitis, omnibus modis studere. Agite igitur hoc, Ciues carissimi, et valete.

P. P. Fer. Pasch. I. a. p. C. n. MDCCXCVII.

*) Confer nostras *Curas Hexaplares in Psalmos e Patribus Graecis* p. 8, 16, 19, 21, 23, 24. *Observationes criticae in versiones graecas Oraculorum Iesaeae* p. 5. *Commentarii noui critici in versiones veteres Proverbiorum Salomonis* Spec. I. p. 5. ac *Symbolae criticae ad Psalmorum versiones graecas in Noua Bibliotheca Theologica Goettingensi* P. I. p. 5, 8 sequ. 30, 31, 34.

VI 216

5. + 24. Juli 2:30

23 = E

39 = t.




vd 18

TR → 22

VD 17

04.200 n Bd,





OBSERVATIONVM NONNVLLARVM
DE
PATRVM GRAECORVM AVCTORITATE ET VSV
IN CONSTITVENDA VERSIONVM GRAECARVM
V. T. LECTIONE GENVINA

P A R S III.

CHALIA

II.

BERGENSI

DA

MINI E

SCHLEVSNER

VSQVE IN ACADEMIA VITE-
CONSISTORII ECCLESIASTICI
PRAEPOSITVS, ORDINIS
CANVS.

E

I MELTZERI.

